

Scientia Sanctorum

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan.
Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In
Dominicas, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In
singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

Puente, Luis de la

Dilingæ, 1685

31. De vita Christi ad annum 30.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60561](#)

Quæritur JESUS, & invenitur. 223
culpa, ut hīc. Voluit etiam indicare, se plus es-
se, quām hominem. 2. *Nesciebatis, quia in* 2.
his, quā Patris mei sunt, oportet me esse? Com-
mendatur nobis studium divini absequij præ dū Deo,
rebus omnibus.

PUNCTUM V.

Christus descendit cum eis, & erat subditus
illis. In itinere quærebat Mater ex eo, quid
egisset illo triduo, & conservabat verba ejus in
corde suo. Quām deinceps fuit Virgo attenta,
ne Christum admitteret! Utinam & ego!

MEDITATIO XXXI.

*Vita Christi usque ad annum
trigesimum.*

PUNCTUM PRIMUM.

JESUS proficiebat sapientiā & etate apud
Deum & homines. Habuit à suo conceptu
omnem sapientiam & gratiam: proficiebat au-
tem, quotidie magis exercens, forisque ostен-
dens, quemadmodum sol in se idem, crescere ^{prov. 41.}
dicitur *usque ad perfectum diem, secundūm ope-* 18.
rationis efficacitatem. Spiritualiter crescere
aut decrescere varijs modis contingit. 1. Ali- 1.
qui, ubi cœperunt, mox retrocedunt. De his Malí re-
Christus. Mittens manum suam ad aratum, trocedūt
& respiciens retro, non est aptus regno Dei. Et ^{à bonis.}
sunt ut uxor Loth, qua versa est in statuam sa- 62.
lis,

224 Pars II. Meditat. XXXI.

Gen. 19. lis, quodd retrospexerit. 2. Alij in progressu
 26. remittunt de fervore & medijs, per quæ profe-
 2. cissent, qui in periculo sunt deficiendi. Ad ta-
Apoc. 2. les Christus. *Habeo adversum te paucā, quod*
 4. 3. *charitatem primam reliquisti.* 3. Alij incipiunt
 & pergunt, sed lentè, qui etsi exteriūs non ap-
 4. pareant deficere, solent tamen interiūs. 4. Alij,
Pſ. 83. 6. ubi inceperunt, pergunt alacriter. *Ascensionis*
in corde suo facientes, & euntes de virtute in
virtutem.

PUNCTUM II.

i. **C**rescebat coram Deo & hominibus. Vitan-
 Modus da extrema. Aliqui, non habitâ ratione æ-
 crescen- dificationis apud homines, quævis faciunt fer-
 di. vore proficiendi, alij tantùm coram hominibus
 proficere student, non in corde coram Deo :
 oportet autem providere bona, & coram Deo,
 & coram hominibus. Crescebat autem sapien-
 tia & gratia, ad sapientiam spectant, medita-
 tio cælestium, prudentia agibilium, discretio
 sermonis : ad gratiam autem ea omnes actio-
 nes virtutum, quibus placemus Deo, & homi-
 nibus reddimur amabiles. Sicut de Christo di-
 citur. *Non erit tristis neque turbulentus.* Pro-
 ficiebat & Maria ab exemplo Filij, proficiam
 & ego.

PUNCTUM III.

Christus obedit, **D**E Christo ab hoc tempore ad trigesimum
 annum ætatis non habetur aliud ; nisi
 quod

quod erat subditus illis. 1. Cogita, quis obediens. 2. In quibus? quae in domo fabri, & paupere occurunt facienda, & faciebat omniam affectum. Laus obedientiae non est a dignitate actionum, quae fiunt, sed ab intentione & affectu facientis, qualescumque imponantur, licet suo genere parvae.

PUNCTUM IV.

Exercuit Christus fabrilem etiam post mortem Ioseph, unde dicebant. Nonne hic est faber filius Mariae? 1. Ad exemplum vitandi otij. 2. Ut se subjiceret maledicto Adae. In sudore vokus tui vesceris pane tuo. 3. Causa humilitatis. Considera, quo affectu interno opera faciebat, & offerebat Patri aeterno labores illos. Tu fac similiter in omnibus.

Cur Faber?

Marc. 6.

3.

Gen. 3.

19.

1.

2.

3.

PUNCTUM V.

Quod Christus tanto tempore latuerit usque ad trigesimum annum. Unde postea mirabantur, quomodo litteras sciret, cum non didicisset. Imo dicebant: In furorem versus est: tam insolita dicebat & faciebat, qualia ab eo expectari non poterant, ex comparatione vitae prioris. Ama latere, nec te ipsum ostenta. Erit tempus, cum Deus disposuerit.

Mar. 3.

21.



P

PARS